

Universitätsbibliothek Wuppertal

**PLVTARCHI||CHAERONENSIS,|| SVMMI PHILOSOPHI|| &
Historici,|| VITAE PARALLELAE,|| seu Comparatæ,||**

Cui subiecti sunt Indices tres ... ad commodum lectoris summa diligentia
confecti

Plutarchus

Francoforti ad Mœnum, 1592

In Galbam, interpretis annotationes

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-360](#)

omnia venalia habētibus se cōmittens atq; dedens (quemadmodum Nero ipsatiabilibus sese hominibus addixerat) neminem qui imperium eius desideraret, multos qui mortem miserarentur, reliquit.

S I N G A L B A M P L V T A R C H I , I N - T E R P R E T I S A N N O T A T I O N E S .

1. Vti demonstrauimus.]

Galba, qui in Romano imperio succēdit Neroni, et as
10 **N**otior est, quam vt de ea quicquā dicendum sit. Appa-
ret aut ex hoc loco, Neronis quoq; &, vt opinor, et iam prae-
cedentū Imperatorū vitas ab autore nostro descriptas suis-
se: atq; haud scio an omnium, vsque ad Traianum. Nam sub
finē Othonis satis innuit, Vitellium à se scriptum. Qui librō
15 quanto historiarū detrimento intercidérint, facile iudicab-
erit. nam quis nō animaduertit, quā multa apud Tacitū,
Suetoniū & alios desiderentur, quae vel ex his reliquijs sup-
pleri possint? Evidē hinc appetat, vitas Imperatorū à Plu-
tarcho non à prima etate repetitas: sed et tantū ab eo per-
20 tractata, quae ipsis ad imperiū adspirantibus, eoq; potitis de-
inceps euenerint. Ut fortassis ista vita non huius operis fue-
rint: sicut & oratorū vitas Atheniensī idem seorsim descri-
psit. Nihil enim est in ijs, vt taceam cetera, ταξάληνον.
2. Gentis Seruiorum.] τὸν τεγμένων οἶκον. Seruius Sul-
25 pitiae genti ita fuit vstitatum prænomen, vt prope pro gentili
vsurpatum nomine, vel ex hoc loco appareat. Non enim te-
mere dixerim, Plutarchum ignorasse Sulpiciam gentē suis-
se, ex qua Galba hic extiterit. Qui autem Sergium cum fa-
ciunt, imperitia labuntur: & iampridem eorum est explo-
30 sus error, quātumuis in Suetonij, & alijs codicibus retineat-
ur. Catulus, de quo hic fit mentio, est Qu. Lutatius Catulus
Capitolinus, Cæsaris Iulij & Pompeij aequalis, de quo eius
temporis historia consulenda.

3 Scelerati procuratores.] ἀληνείων διήργοντο ων.
Mendū est. Rectiusq; alibi legitur (nam cum ceteris Plutar-
chi opusculis, quæ Moralia inscribuntur, etiam Galba hic &
Otto impressi sunt) ἀληνείων διηλέγοντο. Interpres ignoran-
tione rerum lapsus, publicanos vertit. Loquitur aut de pro-
curatoribus prouinciarum, qui mitti ab Imperatoribus so-
lebant, vt quæ ad fiscum ipsorum pertinerent, administra-
rent. Vide Dionem lib. 53. vbi id ab Augusto primū institutū
traditur. Quomodo deinde eorum potentia, & libido etiam
accrueuerint, vt q; pruinciales ab ijs vexati sint, ex Tacito, lib. 10
præsertim 16. & Suetonio intelliges.

4 T. autem Iunius.] δέλιος. & in altero, δέλιος. Inter-
pres T. Iunium recte reddidit. Collega is in cōsulatu fuit Gal-
be, ac tum legatus eius in Hispania: deinde plurimum apud
eum potuit, vt est apud Cornelium Tacitum & Suetoniu: & 15
quancūq; constanter δέλιος legitur hic, tamen vel sequētia
evidētissime ostendunt, esse Iunium legendū. Scriptura fa-
cile errorē peperit, ιστιος, ιστιος. σεαπωπών τάχυα clas-
farios idem non bene vertit: ego prætorianos reddidi. puto
enim spalnγιδv esse legēdum. Illud absurdius, quod inter- 20
pres ελλαδερώσει, longe aliò, & nescio ad quem conspira-
tionis autorē detor sit, cum manumissionē vox ea palā desi-
gnet: & Suetonius hac de re. Igitur, inquit, cum quasi ma-
numissioni vacatus concidisset tribunal, &c. cap. 10.

5 Clodius Macer.] μάνης. Scribe μάκρος. Tacitus, 25
Suetonius.

6 Cluniam.] κολωνίαν. Interpres Coloniam. Neg. sum
nescius, in Hispania citerioris ora Coloniam esse, nomine illi-
lici. Sed nomen mihi magis ad Cluniam videbatur accedere,
quæ est Celtiberie finis, Plinius, 3. 3. 30

7 Titus.] Νιμιρυν T. Iunius, in altero Græco locus
mancus, in nostro perturbatus est: & historici hic nos desti-
tuunt.

8 Martianus Vicellus.] εἰκελλός. In Graco altero,
ικελλός, Icellus: & sic apud Suetonium legitur. apud Ta-
citurum Hycellus, libr. 17. virobiq; Martianus. Post Spicillum
gladiatorem verti, secutus Suetonium, cum esset in Graco
, οὐκέτι οὐκέτι.

9 Exploratum vt res.] Asterisco locus notatus est.
Nihil tamen video deesse, & in ηγένει non est ita gra-
uis menda.

10 Petronius Turpilianus.] Sic est apud Tacitum.
10 in Graco Tertullianum. Et non Cingonius Varro, sed Ci-
conius apud eum legitur, consulq; fuisse designatus dicitur.
& non Trebonianus, sed Trebonius Garncianus, Macri in-
terfector.

11 Crispino.] Rufo Crispo, equiti Romano. Vide omnino
15 Cornelium Tacitum, lib. 13.

12 Crassi & Pisonis.] Vocabatur is Piso Licinianus. vt est
apud Suetonium & Tacitum. pro Pisonis, in Graco est ρι-
τίων, vox nihili. Quod Licinianus appellabatur, satis o-
stendit, eum à Pisone adoptatum, lege & more adoptionis
20 nomen gentis leuiter immutatum retinuisse. Licinium autē
nomen gentis est, vnde & Crassi, Murena, alij.

13 Veturius & Barbius.] Tacitus: Sed tum è libertis O-
nomastum sceleri præfecit, & quo Barbium Proculum Thef-
seranū spiculatorem, & Veturium eodem perductos. Expli-
25 catio autem horum nominum est obscura, quam Plutarch.
adferi. atq; haud scio vnde petita.

14 Alioquin exercitus sanus.] Hic, vt persæpe, cōtra-
rium verbis autoris sensum interpres reddidit. Ostenditur
enim causa tam celeris à Galba defectionis.

30 15 Atilius Vergilio.] Sic legitur apud Tacitum. Forte
Vercello scribendum ibi sit.

16 Densus centurio.] ιδίος & virobiq; in Graco est.
Sed ego cū Cornelium sequor, tum etiā Xiphilinū in Galba.